BONO CUM DEO

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

FELONIA,

Quam

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS QUEM INCLYTA HEYDELBERGA FOVET, SUFFRAGIO ATQUE AUTHORITATE

Summorum in utroq; jure inſignium ac privilegiorum conſequendorum ergò

SUB MODERAMINE

HENRICI DAVIDIS CHUNONIS,

JCTI CELEBERRIMI, JURIUMq; PROF. PRIMARII, ACADEMIÆ HEIDELBERGENSIS PROCANCELLARII, p. t. FACULTATIS DECANI.

Patroni ac Promotoris ſui ætatem devenerandi

Publico eruditorum examini ſubmittit

JOHANNES Burgt HOMBERGENSIS WETTERAVUS.

In Auditorio JCtorum ad diem 16. Auguſti horis conſuetis.

HEIDELBERGÆ

Typis ÆGIDII WALTERI ACAD. TYPOG.

Anno M. DC. LV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

VIRO

MAGNIFICO, CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISS.

DN. QUIRINO Schachern.
JCto CELEBERRIMO, ET P.P.P. SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO, JUDICII APPELLATIONUM DRESDENSIS, CONSISTORII Eccleſiaſtici quod fovet Lipſiâ, Aſſeſſori, Facultatiſq; Juridicæ ibidem Seniori, undiquaq; graviſſimo, meritiſſimo

Domino, Patrono ac Promotori ſuo magno

Inaugurale hoc debitum

L. M. Q.

Dicat & offert
Juxtaq; ſe
ſubmiſſè commendat

Maximorum in ſe collatorum beneficiorum gratiſſimus æſtimator, collatoriſq; devotiſſimus cliens & nepos

Johannes Burgk Homberg. VVetteravus.

DISPUTATIO DE FELONIA.

Præfamen.

Feudorum materiam apprimè utilem, cognituq; maximè neceſſariam eſſe, haud quiſquam facilè inficias ibit, notorium quippe eſt, nullas inter Principes, Duces vel Comites, alioſve feuda ab Imperio vel Imperatore tenentes, litibus hiſce hodie eſſe frequentiores, ut meritò ignoranti illud Quinti Mucii objici poſſet, Turpe ſc. eſſe, jus in quo verſamur, ignorare. Abſolvitur autem hæc cognitio, conſideratione modorum, tum adquirendi, vel per contractum, præſcriptionem vel ſucceſſionem, tum conſervandi, qui in vero uſu conſiſtunt, faciendo ſc. facienda, & omittendo omittenda, tum etiam diminuendi, qui quadrupliciter contingunt, aut inhabilitate & imperfectione, tempore certo vel incerto, refutatione, vel delicto, & felonia vaſalli: Et hunc ultimum amittendi modum, paucis pro ingenii mei modulo hâc diſputatione ſum tractaturus, videndo I. de feloniæ definitione, th. 1. II. diviſione, th. 2. III. de delictis ipſis, tum commiſſionis, usq; ad th. 10. tum omiſſionis, usq; ad th. 14. ubi incidenter de renovatione inveſtituræ, th. 10. & 11. IV. de abolitione. th. 14. V. de proceſſu & foro competenti. th. 15. 16. 17. VI. Ad quem pertineat feudum caducum, fructusq; & meliorationes, th. 18. & 19. & deniq; ultimo de felonia domini erga vaſallum: Ad quod in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti me accingo, juxta l. in nomine, 2. in pr. C. de off. præf. præt. Afr. *etenim univerſa benè & competenter geruntur, ſi DEO amabile decensq; principium fiat,* Nov. 6. in præf. Itaque

Da Deus ô votis pondus ineſſe meis.

TH. I.

FElonia (quam rejectis aliorum Opinionibus commodè derivari poſſe credo à Germ. **fehlen** / quia non fit quod fieri debuit; vel **fallen** / quia feudum fit caducum; vide aliâs *Hottom. in Lexico, verb. Felonia*;) eſt ingratitudo à vaſallo in dominum, vel vice verſa commiſſa, propter quam feudo privatur; *2. f. 26. §. domino 2. f. 38, Roſenth. c. 10. concl. 1. n°. 1.* cùm enim Vaſallus arctiſſimo fidelitatis Vinculo domino ſuo ſit Obſtrictus ob beneficii conceſſionem; *2. f. 6. & 7. can. tibi domino, 33. diſt. 63.* ejusq; perſona vaſallo propterea ſemper ſancta & honeſta eſſe debeat; *arg. l. 9 ff. de obſeq. par. & patr. praſt.* meritò etiam ubi ingratus exiſtit, beneficio iſto indignus judicatur, propter naturalem iſtam rationem, quæ benefactoribus gratitudinem exhibere jubet; *l. ſed etſi 25. §. conſuluit, 11. ff. de petit. hered.* Hinc etiam paſſim in Legibus noſtris peſſimum hoc vitium damnatur, variisq; pœnis afficitur, uti videre eſt in liberto erga patronum ingrato, quem in ſervitutem, *l. 21. pr. quod met. cauſ. l. 6. §. 1. de agnoſc. & al. liber. §. 1. J. de cap. minut. l. 5. ff. de jur. patron. l. 2. C. de libert. & eor. liber. l. pen. C. de oper. libert. Nov. 78. c. 2.* in filio emancipato, quem in patriam poteſtatem revocant, *l. un. C. de ingrat. liber.* ſic donatario rem donatam, *§. 2. J. de donat. l. ult. C. eod.* liberis hereditatem paternam auferunt. *Nov. 118. c. 3.* Et hæc de vaſallo in tantum vera ſunt, ut nec pactum de non amittendo ob ingratitudinem feudo valeat, *arg. l. 27. § 3. ff. de pact. l. 5 pr. & §. 1. de pact. dotal. Roſenth. c. 6. concl. 23. n°. 3.* Fidelitas enim eſt de ſubſtantia feudi, *Roſenth. c. 2. concl. 53. num. 2. concl. 57. per tot. & cap. 10. concl. 21. num. 59.* & feudum conceſſum, ſemper ſub eâ conditione, ſi vaſal-

ſi vaſallus fidelis erit, conceſſum intelligitur. *Dn. Carpzov. diſp. feud. 8. th. 1.* Requiritur autem dolus vaſalli, *2. F. 52. §. fin.* ſine quo ne à Principe quidem feudo privari poteſt, *text. expr. 1. F. 7. Roſ. c. 10. concl. 11* ſive concedente ſive ſucceſſore ejus, *Reinking. de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. c. 10. n. 43.* dolum tamen hunc lex pœnalis interdum præſumit in eo, qui contra diſpoſita ejus deliquit, *Barboſ. axiom. lib. 4. c. 12. axiom. 14,* Quamvis autem privationis hujus cauſæ, cùm facti ſint, certo numero aut regula comprehendi nequeant, ſed ex naturalibus potius & bonis curiarum conſuetudinibus percipi, quàm lege aut ſcripto declarari debeant, *2. F. 23,* communi tamen DD. calculo receptum eſt, ut ex iiſdem cauſis, ex quibus donatio revocatur, matrimonium diſſolvitur, filius exheredatur, feudum etiam amittatur, *DD. communiter in d. 2. f. 23. Niell. diſp. feud. 8. th. 2.*

II.

Oritur Felonia vel ex contractu, vel ex delicto propriè ſic dicto, quod vel Omiſſionis vel commiſſionis, *l. 121. de R. J. l. 1. C. de crim. ſacrileg. l. 7. ff. de tut. & rat. diſtr. VVeſenb. par. de Juſt. & Jur. n. 9* Et hoc tendit in ipſum dominum, ejus perſonam & res vel directò offendendo, vel ſaltem conſequenter & ſecundariò in perſonis ejus poteſtati vel affectioni ſubjectis, quarum injuria ad ipſum redundat.

III.

Ex contractu oritur, ſi vaſallus feudum ejuſq; utilitatem perpetuam citra domini conſenſum alienaverit, *2. F. 9. 52. & 55.* ſumtò alienationis vocabulo latiſſimè, *juxta l. 28. de V. S. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ut complectatur omnes actus, per quos dominium vel jus in re transfertur, *l. 1. C. de fund. dot.* vel in totum, utpote per venditionem, donationem, legatum, permutationem, dationem in ſolutum, *2. f. 55. verſ. donare. Vultei. lib. 1. feud. c. 10. n. 40, & ſeqq. Treutl. vol. 2. d. 19. th. 5. lit. f.* vel pro parte, quod contingit per emphyteuſeos, pignoris hypothecæve cõſti-

 tutio-

ſtitionem, ſervitutis ſive realis ſive perſonalis impoſitionem, ſimileſq; modos, quibus vaſallus dominum contemnere videtur, *2.F.24,§ fin.* Q? An etiam donatio propter nuptias huc pertineat? Quod affirmo, cùm deterior fiat hoc caſu domino ſervitiorum cauſa, *Vultei.d.c.10.n.46.* An etiam dotis conſtitutio? Aff. niſi ipſa mulier dederit, *2. F.13. & 17.* ſub his duabus conditionibus, ſi dos inæſtimata ſit, nec apponatur pactum de lucranda dote, *Goth. in not. ad. 2. F. 13. lit. B. Mynſ.4.obſ.86. Treutl.vol.2.d.7.th.4 lit a.Dn. Struvius exerc.feud.13.th.5.* accipienda autem eſt alienationis vox cum effectu, nam ſi citra dominii vel poſſeſſionis translationem facta fuerit, à caducitatis pœna excuſabitur vaſallus. *2.F.55. §. callidis.* hinc locationem feudi validam eſſe indiſtinctè affirmo cum *Treutl.vol.1. diſp.29. th.2.lit.f.Hunn.tr.feud.c.12,p.334.Carpzov.diſp.feud.7.th. 18,* Ab hac verò prohibitione non excuſat caſus ſummæ neceſſitatis, *2.F.9.§ neceſſitate & tit.52.in pr. Anton.Goth.diſp.feud.9.th.4.lit. A. Borcholt.de feud c.8.n°. 66, Struvius,d.exerc.13,th.1,* ſicut nec illud, quod domini conditio melior facta fuerit, cum propter affectionem vel aliam cauſam vaſallo ignotam domini intereſſe poſſit, feudum non alienari, *Niell.diſp.feud.6.th.8. in fin. Goth. diſp.feud.11.th.6.lit.a.* Dixi ſuprà citra conſenſum, nam feudum in commiſſum non cadit, ſi dominus alienationi conſenſerit, *2.F.13.§ ſi verò 2.F.55.* ſivè expreſsè ſive tacitè, *Fachin.7. contr.80, Mynſ.4.obſ.87; Carpzov.d.diſp.7.th. 27.* Quid, ſi plures fuerint domini? omnes conſentire debent, *Vult.1.feud c.10.n.62.* non tamen niſi volentes, *Schrader.de feud.p.8.c.1.n.21,* An etiam agnatorum conſenſus neceſſarius? Ajo, ſi feudum ſit antiquum, in quo jam habent jus quæſitum, *2.f.26.§.Titius,2. F. 30. pr. Mynſ. 4.obſ.85.plenè Vultei.d.c.10, n.72. Ludvvel. de diviſ feud.c. 2.p.78,* adeò ut feudum ſine eorum conſenſu alienatum, vel jure retractus vivo alienante, vel eo mortuo proprio & ſucceſſionis jure ab agnatis revocari poſſit, *2.f.9.§.1, verſ.porrò, 2.F.26. §. Titius filios.*

Th. IV.

IV.

Delicta commiſſionis, cū reliquis ſint graviora, meritò primū locum obtinent. *Gail. 2. de. P. P. c. 6. Barboſ c. 12. ax. 1*; maximè ſi ſint talia, quæ domini perſonā, ejuſq; corpus vel famā directò offendunt: Hujuſmodi ſunt, I. Quoad corpus, ſi Dominum vaſallus ſine juſta causâ (qualis eſt, ſui ipſius defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, *l. 3. ff. de I. & I l. 4. 5. ff. ad l. Aquil. l. 2. 3. 4. C. ad l. Jul. de ſicar, can. ſignificaſti 18. § ſi verò x. de homicid. Conſt. carol. art. 139. & 140. Gail. 2. obs. 110. n. 9 Tr. vol. 1. d. 18. th. 7. lit. B.* item deprehenſio domini cum filiâ, *l. 20. 21 23. 38. § 8 ff. ad L. Jul. de adulter.* aut uxore ſuâ adulterium committentis, *l 24 ff. eod. Nov. 117. c. 15. Roſenth. c. 10. concl. 20. n. 41.*). occiderit, vulneraverit, vel alio quovis modo inſidias ſtruxerit, *2. f. 6. vers. inolume, & 7. vers. egojuro, & 24. §. porrò*, imò etiamſi talia ſaltem minatus fuerit, *Roſenth. d. c. 10. con 17. n. 13. & ſeqq*, eâdé enim ſeveritate voluntatē ſceleris quā effectum jura punire voluerūt, *l. 14. ff. ad L. corn. de Sicar. l. 5, C. ad L. Jul. Majeſt. l. 5, C. de epiſc. & cler. l. ult. ff. de rer. diviſ. ibi, ſi tranſcendere voluerit, ubi gl. Menoch. 2. A. J. Q. caſ 360.* II. Quoad famam & exiſtimationem, ſi domino graves injurias ſive reales ſive verbales intulerit, aliterve ejus famam læſerit, *d. 2. F. 7. verſ. ego juro, & 24. §. porrò*, vita enim & fama pari paſſu ambulant, *l. 8. §. 2. ff. quod met. cauſ l. 9, ff. de manum. vind. l. 26 pr. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 30. pr. de fideic. libert. Nemeſ. Carol. art. 140.* Hinc nec famosâ actione, *arg. l. 11. § 1 ff. de dolo. l. 10. §. 2. ff de in jus. voc. l. 4, §. 16, ff. de dol. mal & met. except. 2. F. 22, verſ curia, ibi ſalva reverentia, Roſenth. c. 10, concl. 23. n.° 1. Hunn. tr. feud. c. 13, p 354.* nec interdicto unde vi contra dominum experiri, *arg. l. 1. § 43. ff de vi & vi arm. l. 5. verſ. ſanè C. de dol. malo. Mynſ. 4 obſ. 91, Treutl. vol 2. d. 25, th. 5, lit. K. Locam. diſp. feud. 4 th. 6.* nec juramentum calumniæ ab eo exigere poterit, *per text. expr. in 2, F. 33, §. 1, Roſenth. c. 12, concl. 5, n.° 10, Borcholt. c. 10, n. 39. Obrecht. in tr. de juram. calumn. c. 8 num. 18, Treutl. vol. 1, d. 21. th. 4, lit. C.* Teſtimonium tamen contra dominum

minum

minum impunè dicere poterit, ſive in cauſa civili ſive criminali, modica vel magna; cùm jurata fidelitas tantam vim habere non debeat, ut in domini gratiam veritas opprimatur; quod eſſet peccatum mortale, *c. quisquis XI. q. 3.* Et hanc ſententiam contra omnes ferè DD. egregiè tuetur *Juſtus Reuberus, tr. de teſtib p. m. 71,* Idem quoq; in cauſis feudalibus obtinet, *1. F. 26, §. idem.* adeò ut etiam invitus ad teſtimonium dicendum cogi poterit, *Gail. 1, Obſ. 100, Roſenth. c. 10. concl. 23, n 9, & ſeqq.*

V.

Huc neceſſariò referri debet iſtud delictum, quod vaſallus committit criminaliter dominum accuſando, de quovis etiam crimine, excepto læſæ Majeſtatis; *arg l. 20. C. de his qui accuſ non poſſ.* ſive ipſe ſive per alium hoc faciat, *2. F. 33, § ſimiliter.* adeò ut nec criminis veritas eum excuſare poſſit, *Roſenth. c. 10, concl. 22. pr. & n. 29. Ritterhuſ par feud. l. 2. c. 5, q. 14, Hunn. tr. feud. c. 14, p. 381,* cùm vaſallum non deceat eſſe proditorem domini ſui; ſicut de ſervo in terminis dicitur, *in l. fin. C. de delat. lib. 10, l. 1, ff. de his quib: ut indign.* Hoc tamen limitationem patitur, ſi ſuam ſuorumq; injuriam perſequatur, *arg. l. 11. ff. de accuſ.* cùm ſalutem domini vitæ ſuæ & ſuorum anteponere non teneatur, prima enim ordinataque charitas à ſe ipſo incipit, *arg: l. 6. C: de ſerv: & aqu: ubi Goth: lit. N: C ſi non licet, XXIII: q: 5: c: 3: X: de ſuppl: negl: prœl: ibiq; gl: c: 19: diſt: 3: de pœnit: Carpzov: diſp: feud: 8, th: 13. Goth: diſp: 11: th: 4: lit: B: Locam: diſp: feud 4 th: 7,* Quær. hic, An dominum ſine venia in jus vocare poſſit? Reſp. Hodie, cùm omnis citatio autoritate Magiſtratus fieri debeat, *l: fin: C: de exhib: reis,* hujuſq; exceptionis, propter violentam in jus rapiendi rationem, edocente totius Germaniæ praxi, mutatam, magnus uſus non ſit, *VVeſenb: par: de in jus: voc: n: 12. Tr: vol: 1, diſp: 4, th: 6, lit: C:* affirmativam prævalere; teſtatur *Dn, Hahn. in not. ad VVeſenb. d. tit. n. 6, Roſſenth. c. 10 concl. 23. n. 17, Hattyſer. in anal. feud. c. 10, lit. K. Obrecht. de feud lib. 3, c. 1, n, 10, & ſeqq. Bachov. ad Tr. vol. 2. diſp.*

2.diſp.25,th.5, in fin. quam ſententiam præjudiciis quoq; firmat, *Gail.de pignor.c.15.n 4. Mynſ.4.obſ.92*, quamvis non negem, perſonæ qualitatem in libello exprimendam, & cum præfatione aliqua honoris contra Dominum proceſſus eſſe petendos, *Oldendorp.cl.1.act.4.* Non abſimile delictum eſt, ſi Domini ſecreta conſilia ſcienter & dolo malo revelaverit 1. F. 17. licet doloſo ipſius propoſito eventus non reſpondeat, nec damnum aliquod exinde in dominum reſultet, nihilominus enim in proditionis ſpeciem incidit *l.6.§.4.ff.de re mil. l. 38. §.1.ff.de pœn. Roſ.d.c.concl.19.n°.9.& concl.30.pr.* Quid ſi amicitiam cum hoſtibus domini contrahat? Privabitur feudo, ſi cum fraude, pernicie ac contemtu domini fuerit conjuncta, *2.F.58, l.28. C.de inoff. teſt.* quia amicus inimici mei etiam meus inimicus eſſe, *arg. l.1. §.10.ff.de off.præf.urb.l.4.§.3.ff.de legation.can.1.diſt.93. d. l.28.C.de inoff.* ejuſdemq; propoſiti cum inimico meo cenſetur, *arg. c. quisquis cum ſeq.XXIII.q.4.* hinc etiam contra vaſallum militat præſumtio, quouſq; amicitiã in perniciem domini non contractam probaverit, *Roſ.c.10, concl.12, n°.14, & ſeqq. Carpzov. diſp. feud.9.th.12.* Plures ejuſmodi ſcauſæ recenſentur paſſim in libris feudorum quibus jam libenter brevitatis ergò ſuperſedeo, ordine eas enumerat *Hottom.diſp.feud.41, & latius Roſenth. c.10.per tot.* omnes tamen recenſeri nequeunt, cum infinitæ ſint, ac natura quotidiè novas edere deproperet, *l. 2, §. 18, C. de vet.jur. enucl. 2,F.24.§.2, verſ.ſed quia natura.* Qua propter prudenti judicis arbitrio, diſcretioni, ſolertiæ & æquitati plurima relinquenda eſſe haud ambigo.

VI.

Succedunt delicta quæ tangunt dominum per conſequentiam in perſonis & rebus affectioni ejus ſubjectis, maximè in uxore & liberis, per quos non ſaltem patrifam. ſed & toti familiæ maxima injuria infertur, *§.2, J.de injur.l.1,§.3.& ult. l.18, §.2, & fin.l.41,ff.eod.Bachov.ad Tr.vol.2,d,30,th.7, lit. C.* Hinc feudo

privabi-

privabitur vaſallus, ſi dominum cucurbitaverit (*Etymologiã hujus vocis vide apud Anton. Goth. diſp. 11. th 5. lit. a.*) h. e. ſi pudicitiam uxoris, matris, filiæ, neptis ex filio, nurûs violaverit, *1. F. 5. vers. itẽ ſi fidelis. tit. 17, & 21, §. ſi quis. 2, F. 24. § rurſus tit. 38, vers ideò, & 57.* nulla quippe major injuria marito vel patri inferri poteſt, quàm thori & pudicitiæ violatio, quæ morti ſimilis eſt, *l. iſti, 8, § pen. ff. quod met. cauſ.* Idem affirmo de ſponſa, ſive de præſenti ſive de futuro deſponſata, utraq; enim ratione vinculi uxor eſt, *arg. §, ſi uxor. J. de nupt. l. ſi qua mihi. in pr: ff. de rit. nupt. l. in legib. 5, ff. de teſtib.* & cum ſponſa matrimonium eſſe dicitur, *c. fin. X de deſponſ. impub. c. ſi inter. 31, de ſponſal. Gail 2, obſ. 80, n°. 35, Roſ. c. 10, concl 27, n°. 10,* conſenſus enim non concubitus facit nuptias, *l. 30. ff. de Reg. J. Cujac. 6, Obſ 16, & 20, obſ. 16,* Imò etiam affirmo de concubina, *Roſenth. d. loc. n. 14,* cùm & propter eam ſtupratam juſtæ exheredationi locus ſit, *Nov. 115, c 3, §. 6,* nam hodie, ubi concubinatus tam jure civili, *t. t. ff. de concubin. Nov. 18, c. 5,* quàm Canonico permittitur, *c. 3, diſt. 34, & c. 6, XXXII. q. 6,* inter uxorem & concubinam, niſi quoad dignitatem, nihil intereſt, *l. 49, §. 4, ff. de legat. 3, Beza de divort pag. 251. & ſeqq Forſter. in tr. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6, c. 5. circa fin.* quamvis Juri divino cui in Republ. Chriſtiana ſtandum eſt, hæc non conveniant, *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 5, § 15, Roſenth. d. l. n. 10,* Quid de ſorore domini? Circa eam idem juris ſtatuo, ſi in domo fratris maneat innupta, *2, F 24, §, rurſus. Cujac. de feud. lib. 1, tit 2,* nupta enim tranſit in familiam mariti, *l. 195, §. fin. de V. S.* Quid de pediſſequa Dominæ? Et hic affirmativam prævalere puto, honeſtè enim in curia domini verſari debet vaſallus, *2. F. 37, Hunn. tr. feud, c. 14, pr, 386,* Sed an de vidua idem affirmandum? dubitatur propter *text. in 1, F. 21, vers. ſi quis miles.* Nihilominus tamen idem affirmo intrepidè, cùm vidua in viduitate permanens, honorem, dignitatem ac privilegia mariti retineat, *l. 8. ff. de ſenator. l. 22, §. vidua, ff. ad municip.* & in priori matrimonio tamdiu ſtare cenſeatur, quamdiu alteri nupta non

eſt, *l.fin.C.de bon.quælib. Nov.22.c.20.§.ſoluto, Roſ.c. 10, concl.27, n.° 3.* Nec excuſabit vaſallum perſonarum hactenus recenſitarum conſenſus, aut vulgaris pudicitiæ proſtitutio, *arg. l 13, § 2, ff de adulter.* cùm nec his modis injuria domino illata, minuatur, *arg. l.1, § 5, & l.26, ff. de injur. VVeſenb.par. de adulter. n.° 6, Roſenth.d.l.n.° 46.ibiq; allegati. Vultei.lib. 1.c.11, n.° 31.* In Simili pœna erit, ſi turpiter cum uxore Domini luſerit, vel alio quovis modo pudicitiam ejus attentaverit, turpiter ſc. colloquendo, manũ in ſinum immittendo, non tangenda tangendo, *gl. & Hott ad d. §. item ſi fidelis* aut literis amatoriis munuſculisve ad expugnandam ejus pudicitiam utendo, *Bocer. diſp.17. th. 44,* Quid ſi oſculatus fuerit? Hæc juſta privationis cauſa non videtur, niſi ſolus cum ſola, præter gentis conſuetudinem in ſuſpecto loco luxurioſum oſculum fixerit, alias malitia ex oſculo non præſumitur, hodie præſertim, ubi ubivis ferè locorum baſia non libidinis ſed officiorum eſſe intelliguntur; maximè apud perſonas Eccleſiaſticas, quæ imprimendæ benedictionis, aut ad pœnitentiam exhortandi cauſa hoc facere præſumuntur, *gl. in can. abſit, X 1.q.3. & in c.8, diſt. 96,* quod & de ſtudioſis probat *Tennin.tr. taut.6, n.° 140,* licet hodie tantùm fidei non habeant, forſan ex mala ſervata fide, *vid. Borcholt de feud.c.8, n 98, & ſeqq. Niell. diſp. feud.8.th.5. lit. B.*

VII.

Circa res Vaſallus committit feloniam, ſi dolo malo vel lata culpa in rebus domini propriis, vel quæ ab eo in feudum recognoſcit, & communes cum eo habet, malè fuerit verſatus, *l. ſi parietem 8, & 13. ff de S.P.V.* Veluti alienando, ut dixi *S.* th. 3. vel inſigniter deteriorando, *arg. auth. qui rem. C. de SS. Eccleſ. l.2, ff. ſi uſusfr. pet. l 9 § fin. ff. de damn. inf Struv. exerc. feud. 15, th.5,* Quæ autem modica vel inſignis ſit deterioratio, arbitrio judicis relinquo, cum *Menoch. 2, A. I. Q. c.78, n.7. & 8, Mynſ 6. Obſ.86, n.5.* licet quandoque in jure noſtro damnum grave dicatur id quod eſt

 partis

partis majoris, *c. 1, §. illum autem, ibiq; gl. in verb. ſubſtantia de reſtit. ſpol. in 6, arg. §. 4. J. de excuſ. tut. & l. 21, ff. eod.* quandoq; quod excedit tertiam, quandoq; ſextam partem bonorum, *l. 79. & ſeq. ff. pro ſoc.* quandoq; etiam quod quinquageſimam. *c. 9, X. de donat.* Hinc vaſallus juſtè feudo privabitur, ſi domini bonis vel poſſeſſionibus, veluti arcibus, caſtris, vicis vel civitatib⁹ inſigne aliquod damnum intulerit, aliumve idem molientem celaverit, nec maturè domino denunciaverit, *1. F. 21, 2, F. 6, vers. tutum, & vers. utile, 2, F. 7, vers. etſi contigerit, tit. 24. § præterea, ibi, grandem jacturam, & §. deniq; ibi, graviter deliquerit,* modò tamen denunciare potuerit, alioquin enim eſſet excuſandus, *arg. l. 13, § 7, ff. locati. l. 29, §. 3. mand.* Imò etiamſi ſciat, ſed ſine periculo ſuo probare nequeat, privari non debet, *arg. l. 8. C. de calumn. c. plerũq; 11. q. 7, c. ſi tantum, c. placuit, V 1. q. 2. Mynſing. 5, Obſ. 40, Roſenth. c. 10, concl. 17. n. 50,* ſic quoq; indignum ſe facit, ſi novis exactionibus ſubditos oneret *arg. 2. F. 27. §. quicunq; ibi: beneficium inornatè tractaverit, l. 1. C. de emend. ſerv. l. fin. C. quem. civ. mun. indic. lib. 10,* aliterve in eos ſæviat, *arg. §. dominorum J. qui ſui vel al. jur. l. 2. §. dominorum ff. eod.* Læſio quippe perſonis illata gravior cenſetur eâ quæ infertur rebus, non minus enim in illis quàm in his vertitur domini intereſſe, publiceq; intereſt, ſubditos contra vim & crudelitatem vaſalli tueri ac defendere, *arg. §. ſed & major. J. de his qui ſunt ſui l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. eod.* in quem finem etiam Camera Imperialis mandata inhibitoria contra dominos Imperii ſubditos male tractantes utiliter decernit, *Gail 1. Obſ. 17. n. 4, & 1. de P.P. c. 2. n. 22; Mynſ. 5. Obſ. 8. n. 12. Roſenth. c. 10. concl. 33. n. 45, & ſeqq.* Et ex his & ſimilibus cauſis Vaſallus non ſolùm amittit feudũ, ſed & damnum reſarcire tenetur, *arg. d. auth. qui res. Struv. d. loc.* imò & heredes ejus ad præſtandum intereſſe domino vel agnatis ſuccedentibus ſunt obſtricti. *Dn. Carpzov. pr. for. p. 3. c. 31. def. 8.*

VIII.

Quoniam verò vaſallus ita ſe gerere debet, ut ſine ignominiæ &

niæ & offendiculi nota in curia domini ſtare poſſit 2 *F.37.* apparet præter hactenus enumerata commiſſionis delicta dari adhuc alia, quæ quidem dominum nec principaliter nec ſecundariò, ſed ſaltem extraneum lædant, ſufficientia tamen ad feudi privationem ſint: cujuſmodi omnia ferè crimina ex L. publicorum judiciorum deſcendentia eſſe vult *Hottom. diſp. feud. 41. th. 12.* ſed judicis arbitrio hæc committenda mallem, maximè ſi ſint talia quæ in feudorum conſuetudinibus non ſunt expreſſa: Omni autem dubio caret, crimen perduellionis hanc pœnam promereri; ſicut enim hujus criminis rei allodialia fiſco. *Nov. 134. c. ult. Nemes. carol. art. 218.* ita etiam feudalia domino obveniunt, *per text. expr. in capitul.* Ferdinandi III. Imperat moderni Auguſtiſſimi *art. 28. vers.* Wir gereden auch/ ibiq; Limnæus in not. quò pertinent etiam conſtitutiones de violatoribus pacis publicæ, Maximiliani I. & Caroli V. Impp. *de anno 1548.* zu Augſpurg/ *& de anno 1495.* zu Wormbs/ *ſub tit.* die Peen der Friedbrecher/ *verb.* die Lehen *Ordin. Camer. part. 2. tit. 9. §.* ſo jemands. Quid de crimine veneficii, an & hoc erit ſufficiens? Aff. modò ſatis fuerit probatum, ſunt enim mancipia iſta ſatanæ, communis ſalutis hoſtes, *l. fin. C. de malef.* totiusq; humani generis inimici, *l. 7. C. eod.* Verùm quemadmodum ſummis laudibus extollendi ſunt Principes quidam Germaniæ, qui officii & vocationis ſuæ memores in extirpandâ hâc peſte plurimum ſunt occupati, ita etiam admonendi, ut majori cum cautelâ, prudentiâ ac circumſpectione procedant, & ne nimium, & plus quàm æquum eſt Inquiſitoribus, ſeu ut vocant, Commiſſariis permittant: Haud enim dubitandum eſt, quin plurimi innocentes nocentium utplurimùm falſis denunciationibus, occultiſſimo hoc delicto de facto involuti, immeritas luant pœnas: quod etiam pluribus exemplis nec ſine rationibus ſuſpicatur *Incertus Theologus Romanus de proceſſibus contra ſagas, paſſim*; Huc refero proditorem convaſalli, (*ad quem text. 2. F. 37. rectè reſtringit An-*

ton. Goth, diſp. 11. th. 7. lit. B.) indignus quippe cenſetur, qui convaſallum ab eâdem curiâ feudum tenentem prodit, quiq; adverſus eum, cui vel maximè propter communem dominium debet eſſe amicus perfidè ſe gerit, *arg. l. 6. §, 6. ff. de re mil. Roſenth. c. 10. concl, 36. n. 39.*

I X.

Quær. An vaſallus fratrem occidens, feudo ſit privandus? Aff. ſive totius feudi aut hereditatis conſequendæ ſpe hoc faciat, ſive ob aliam quamvis cauſam legibus improbatam, *1. F. 5. §. item ſi fratrem, 2. F: 24: vers. deniq; 2: F: 37: Rittersb: par: feud: lib: 2: c: 5: q: 113:* quod ad omne parricidium rectè extendunt, *Roſent: c: 10: concl: 36: n: 3 & ſeqq: Vultei: lib: 1: c: 11: n: 34:* Imò etſi ſaltem hoc facientem ope & conſilio adjuverit, *per jura vulgata, Goedd: ad l: 53: de V. S:* ſive conſcius non revelaverit, *l: 2: l: 6: ff: ad L: Pompei: de parricid.* Et hoc quod de fratre vaſalli dixi extendo etiam ad fratrem domini, & quidem in ejus favorem. *Roſ. d: l: n: 15: 16:* textum autem, *d: 2: F: 37* explico de tali caſu, ubi exortâ rixâ non propoſito ſed calore animi inconſulto frater domini eſt Occiſus, quamvis tamen non negem, vaſallum ob hujus ſicut & cujuslibet extranei cædem facilius excuſari, quàm ob talem, quæ incidit in parricidium, *vid. Roſenth: d. c: concl. 36. n. 3. & ſeqq.* Quid ſi ſibi ipſi manus inferat violentas? Hoc caſu cùm nullius poſt mortem culpæ argui poſſit, ob quam ipſi pœna privationis irrogari queat, feudũ domino non aperietur, ſed ad deſcēdentes vel agnatos pertinebit. *Vult. d. lib. 1. c. 11. n. 34. Carpz. diſp. feud. 9. th. 26.* Parricidio propter rationis paritatẽ non abſimile eſt inceſtus crimen, utroq; enim contra perſonas maximè conjunctas peccatur: Intelligo autem inceſtum non ſecundum jus Canonicũ ad quartũ uſq; gradũ in linea collaterali, *cap. pen. & ult. X. de conſang. & affin* ſed ſecundum jus divinum, *Levit. 18. vers. 6. & ſeqq.* & civile, *§. 2. & 4. J. de nupt. l. celebrandis. 19. C. eod.* in ſororibus ſororumq; filiabus, cum *VVeſenb. ad d. §. 2. & Gipban. diſp. feud. 8. th.*

ii.Beza in tr.de divort & repud.pag.41 Etenim ob talem etiam amiſſio allodialium decreta eſt à Juſtiniano *in Nov. 12. c. 1.* & Friderico Impp. 2. F.*57.vid.Roſ.d.c.concl.37.n.1.* Huc etiam referre ſolent Interpretes adulterium & homicidium, verum cùm extra caſus *S.th.4.& 6.* recenſitos in hiſce delictis ceſſet ratio in reliquis expoſita, nec ea inter delicta quibus feudo quis privatur, recenſenda exiſtimo, *cum Dn ſtruv.exerc.feud.15.th.10.in fin.*

X.

Superſunt delicta, quæ in omittendo conſiſtunt, & ut plurimum contra ipſum dominum committuntur; ſunt tamen leviora illis quæ in committendo conſiſtunt; Primum autem & potiſſimum eſt, ſi vaſallus inveſtituræ renovationem (feudi ſc. antiqui non novi, ubi aliud remediũ domino proditũ eſt *in 2. F.24.§.1.*) caſu quo peti debet, eveniente (qui regulariter cõtingit perſonâ domini vel vaſalli mutatâ, *2 F.32. Harsman. Piſtor. lib. 2. q.27.n.37.*) intra tempus legitimum congruo loco & tempore doloſè vel negligentia inexcuſabili à domino non petierit, *1. F. 22.2.F.24.pr.tit.40.& 52.§ 3.tit.55.§.præterea Pacif. Oſnabr. art.10. vers.viciſſim* Eſt enim inveſtituræ petitio ſignum reverentiæ & devotionis domino debitæ *Curt.junior.de feud.p.4.n.45.Vultei.1. feud.7,n.58.* & juramentum fidelitatis regulariter antecedere debet, *d 2.F.7.& 24.* quod juramentum aliâs rem feudalem eſſe arguit, *Menoch.de præſumt.lib.3.præs.91.n.46.* Et extinguitur cum perſonâ mutatâ: nam fidei promiſſio tam reſpectu promittẽtis, quàm ejus cui promittitur eſt perſonalis, nec alterius animam ligat, *arg.l.12 pr.C.de R.C.c.veniens 16.ibiq; DD. X de jurejur. Covarruv.in c.quamvis, de pact.in 6. Mynſ.1.obſ.13.* ne quidem tum, cum vaſallus pro ſe & heredibus ſuis, domino & ſucceſſorib⁹. ejus juraverit. *Roſ.c.6.concl.35 & 29.n.8.Niell.diſp feud 4.th.3.lit.B: Anton.Goth.diſp.feud.8 th.2.lit.B.Carpzov.diſp.feud.6 th.45.& ſeq. ſtruv.exerc.feud.10.th.5.Ludvvel.tr.de renovat.inveſtit. c.1.p.415.* Hinc ad petendam renovationem ac fidelitatis juramentum

omnes.

omnes feudi ſucceſſores etiamſi plures fuerít, ſunt obligati, *text. expr. in 2. F. 26. §. 4. vers. omnes filii. ibiq; Schenck. Baro n°. 1. per l. 56. ff. de C. & D. Vultei. d. l num. 91. Fach. 7. contr. 54. Ludvvel. d. l. q. 414.* imò etſi fuerint minores, *d. 2. F. 26. §. 5.* hi tamen ad recuperandum feudum amiſſum reſtitutionis beneficio gaudent, ad annum uſq; 29. completum, *l. 7. 8. 9. §. 5. l. 19. ff. de minor.* niſi legitimè, tribus ſc. vicibus à domino citati, contumaces fuiſſe probentur, *d. l. 9. § 2. l. 37. § 1. ff. de minor. t. t. C. ſi advers. delictum. Vult. d. l. n. 66 in fin. Ludvvel. de renov. inveſt. c. ult. p. 507.* Poſſunt tamen plures Vaſalli, maximè ſi dominus conſentiat, uni injungere, ut vices omnium ſuſtineat, & nomine communi inveſtiatur, quem vulgò **Lehenträger** nominant, *arg. 2. f. 3. §. 1.* quo caſu non niſi hoc mortuo renovatio eſt neceſſaria, *Mynſ. 5. obſ. 9. Vult. lib. 1. feud. c. 7. n. 39.* Quid ſi mortuo domino plures ſuccedant, an ab omnibus petenda renovatio? Non ſeorſim, ſed conjunctim, ratione ſc. rei in feudum datæ, quæ non niſi una eſt, *2. F. 55. 77. & 102. arg. l. 56. ff. de C. & D. Ludvv. de renov. inveſt. c. 1. p. 434. & ſeqq.* idq; vel omnibus præſentibus, vel uni communi nomine electo, vel ab ipſis dominis, vel his diſſentientibus à ſuperiore conſtituto. *Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 47. n. 26. Carpzov. pr. for. p. 2. c. 45. def. 29. Struv. d. Ex. th. 2.* Quid verò, ſi unus ex dominis in communione viventibus, moriatur? Renovatio petetur, ſi liberos poſt ſe relinquat, aliâs non *vide Dn. Frantk. 1. reſol. 19. n. 22.* Hic notandum, quod inveſtitura feudorum majoris dignitatis, **der Fürſten Fahnen Lehen** / in Imperio noſtro Rom. Germanico ſoli Imperatori & Regi Romanorum reſervetur, *text. in A. B. tit. 5. R. J. primo* **zu Wormbs** / *de anno 1521. §.* **vnd behalten vns bevor.** *O. Cam. p. 2. tit. 7. Limn. de jur. publ. l. 2. c. 9. n. 30.*

XI.

Tempus huic renovationis petitioni communi jure feudali definitum, eſt annus & dies, **Jahr vnd Tag** / *2. F. 24. pr. 40. pr. & 52. c. ult. tit. 55. § præterea, concordat R. J. VVormat. de anno 1521.*

§ vnd

§. vnd behalten vns. à tempore ſcientiæ currens, *2.F.9 arg. l.2 §.1. ff. quis ord. in poſſ. obſ. l.6. in fin. ff. de calumn. l. 2. C. qui adm. ad bon. poſſ, Gail. 2. obſ. 48. n. 10. Mynſ. 5. obſ. 9, Oldendorp. c. 5. tit. de beneficiariis action. Ludvv. d. tr. c. 3. p. 482.* adeoq; non utile ſed continuū, niſi ratione impedimentorum, *1. f. 22. ibi, niſi juſta cauſa.* terminus enim legalis nunquam eſt peremtorius, ubi probatur legitimum impedimentum, *l. 60. ff. de re jud. l. 3. §. 7. ff. de re mil. l. 8. C. qui pet. tut.* Quid juris in feudo hereditario? Hic non currit tempus ante aditionem vel immixtionem hereditatis, *Vult. l. 1. feud. c. 7. n°. 79.* niſi tamen hæc ſtudiosè differatur. Quær. hic, an hoc tempus à ſeniore invito Vaſallo coarctari poſſit? Reſp. negando, *per l. 74. l. ſeq. l. 186. de R. J. c. 17. de R. J. in ſexto poſt DD. communiter Anton. Goth, diſp. feud. 8 th. 3. lit. B.* dilatio enim à legibus indulta alicui, ſine juſta cauſa auferri nequit, *l. 2. l. 4. §. 6. ff. de re jud. l. 5. C. ad L. Jul de adulter.* An prorogari? Nego, cùm & hîc vaſalli interſit, eam citius fieri, *Carpzov. diſp. feud. 6. th. 43.* Imò etiamſi vaſalli non intereſſet, inter utrumque tamen, dominum videl. & vaſallum, eadem ratio eſſe debet, nec facilè permitti domino, quod vaſallo non ſit permiſſum, *Vult. d. l. n. 63. Ludvv. tr. de renov. inveſt. c. 3. p. 478. & ſeqq.* Occurrit hic nobilis quæſtio; An mora in petenda renovatione commiſſa celeri ſatisfactione purgari poſſit? quod nego, *cum Niell. diſp. feud. 8. th. 4. lit. E.* ad exemplum emphyteutae moram in ſolvendo per triennium canone contractam celeri ſolutione purgare non valentis, *Sichard. in l. 2. C. de jur. emphyt. n°. 11. Tr. vol. 1. d. 29. th. 12. lit. D. ibiq. Bachov.* maxime cum jure conſtitutum ſit, ut certâ die, intra quam quid fieri debuit, ſub pœna contractui à lege vel homine adjectâ, ſi illud factum non fuerit, ipſa pœna committatur, nec ulla moræ purgatio locum habeat: ut multis textibus eleganter deducit *Goeddaus, in l. 12. §. 1. de V. S. axiom. 3. Ludvv. d. tr. c. 3. p. 485. & ſeqq.* Hactenus dicta ad iſtum tamen caſum reſtringimus, quo vaſallus non habuerit juſtam excuſa-

tionis cauſam, *1. F. 22. 2. f. 52. §. præterea, Mynſ. 5. obſ. 9. pacif. Oſnabr. Germ. Sued. art. 4. § ſi qua etiam.* Et hæ deſumuntur vel ex perſonis tum domini, ut infamia, abſentia, &c. tum vaſalli, ut incarceratio, morbus ſonticus, vel etiam extra eas, ut juſtus metus, bellum, periculum peſtis; De quibus ut & pluribus aliis tractant Feudiſtæ paſſim ſuis locis; ego hinc ad reliqua delicta tranſeo.

XII.

Reliqua omiſſionis delicta paſſim apud Feudiſtas reperiuntur: Eorum hæc ſunt potiora, I. Si vaſallus domino juſtitiam facere negligat, *2. f. 6. verb. honeſtum. t. 24. §. 2. vers. illud. t. 27. §. 2.* hoc enim caſu contra fidelitatis juramentum facere vaſallum, plus quam manifeſtum eſt, *per text. in 2. F. 5. 6. 7. Roſenth. c. 10. concl. 24. per tot.* aut ſi feudi nomine in judicium juris ſui experiundi cauſa ter citatus à domino, contumaciter edictis non obtemperet, *arg. 2. f. 22. in fin.* nam & hoc modo domino juſtitiam denegâſſe cenſetur, per tradita *à Gail. 1. obſ. 28. Mynſ. 1. obſ. 91. 2. obſ. 24. & 74.* huic tamen intra annum venienti poſſeſſio ablata reſtituetur. *d. ll. Roſenth. d. c. concl. 25. n°. 1.* II. ſi feudum domini eſſe inficietur, *2. F. 26. §. vaſallus, tit. 34. § fin.* expreſsè ſc. ac dolo malo; nam ſi quæſitus dubitativè reſpondeat, privationi locus non eſt, *Roſenth. d. c. 10. concl. 32 n°. 12. Vultei. 1. F. c. 11. n°. 28.* Sic etiam jure civili variæ inficiationis pœnæ paſſim ſunt proditæ: veluti neganti propriam ſcripturam denegatur exceptio non numeratæ pecuniæ, *auth. contra; de non num. pec. Nov. 18. c. 8.* inficiantibus fidejuſſionem denegatur edictum Divi Hadriani, *l. 10. § ita demum, ff. de fidejuſſ.* Neganti rem ejus eſſe, qui eam vindicat, *Nov. 18. c. 10.* neganti damnum datum, infligitur pœna dupli, *l. 23. §. 10. ff. ad L. Aquil. l. 4. C. eod.* quod & in depoſito ob ruinam, naufragium, incendium, verum eſt. *l. 1. ff. depoſ.* & in legato, *§. fin. J. De oblig. ex quaſi contr.* Sic etiam neganti ſe poſſidere aufertur poſſeſſio. *l. fin. ff. de R. V. l. 20. §. 1. ff. de interrog. act.* & heredi fideicommiſſum inficianti, & de mendacio convicto exceptio non

 ſolennis

ſolennis voluntatis, *§ fin. J. de fideic. her. l. ult. C. de fideic.* Quid, ſi vaſallus norit, convaſallum inveſtituræ inſtrumentum inficiari, illudq; domino non indicet, ſed reticeat? Hic privari non poteſt, cùm non præſumatur in contemtum domini reticuiſſe; *Dn. Otto Tabor in ſynthet. Juriſpr. ad tit. de furt. in leg. 67.* III. Simili privationis pœnæ ſubjacet, ſi dominum in acie periclitantem fugitivus deſeruerit, *1. F. 5. 17. & 21. 2. f. 28. 57. & 107.* etiamſi pœnitentia ductus ſtatim fuerit reverſus, exemplo enim deliquit, alios etiam ad fugam incitando, & dominus interea occidi potuiſſet, *Roſ. d. c. concl. 16. per tot.* IV. Item ſi bellum molientem dominum non adjuvet *d. 2. F. 28. 54. & 55. §. firmiter*, & quidem contra omnes, *2. F. 7. & 28. in fin.* excepto Imperatore, & domino antiquiore *per text. expr. in dd. ll. vid. Gail. 2. obſ. 56. Vultei. lib. 1. feud. c. 10. n. 26. & ſeqq.* An etiam contra patriam vel patrem? Negativam æquiorem & veriorem cenſeo, cùm patriæ & parentum ſalute nihil carius eſſe jam dudum ſapientes judicarint, *l. 35. ff. de relig. & ſumt. fun. Vultei. d. l. n. 31. Hunn tr. feud. c. 11. p. 288.* Quid verò ſi dominus foveat cauſam belligerandi notoriè injuſtam? Nihilominus adhuc juvare tenebitur, ſed ſaltem ad defendendum, non offendendum, *2. F. 28.* quam diſtinctionem veriſſimam & communi DD. calculo approbatam teſtatur *Carpzov. diſp. feud 8. th. 11.* ſed an propriis ſumtibus ſervitia hæc præſtare teneatur, quæſtionis eſt? ſiquidem extra territorium ſuum præſtare debeat, indiſtinctè nego, *per text. in 2. F. 107. arg. l. 21. ff. de oper. libert.* aliâs pro qualitate feudi ſumtus erunt moderandi, *Vult. d. c. n. 34.*

XIII.

In ſumma, vaſallus ſe indignum reddit, ſi quælibet ſervitia tam conſilii quàm auxilii, *arg. diſt. 90. c. 11.* ad quæ, vi juramenti domino eſt obſtrictus, *2. f. 6. & 7.* præſtare negligat, *2. f. 24. §. ſed non eſt alia, t. 40. 54. & 55.* modò ad ea præſtanda à domino fuerit vocatus, *2. f. 26. §. licet tit. 37. § facit. l. 22. pr. & l. 24. in fin. ff. de oper.*

libert. Capzov. d. diſp. th. 18. & 19. etiamſi ſtatis diebus certoq; anni tempore debeantur, cùm dies non ſemper pro homine interpellet, *ut latè probat Bachov. ad Treutl. diſp. de uſuris, th. 7. lit. D.* Nulla quippe juſtior cauſa eſt beneficii auferendi, quàm ſi quis id propter quod beneficium datum eſt, facere recuſet. *2. f. 24. § 2. verſ. ſed non eſt alia.* feudum autem propterea conceditur, ut vaſallus domino fideliter ſerviat, *2. f. 23. in fin.* Cum verò quandoq; concedantur feuda ſub hâc conditione, ut vaſallus ſervitia præſtet ludicra vel inſolita, utpote cantet certo die cantilenam, portet ramum viridem, deducat domini uxorem diebus feſtivis ad templum, vel die natali domini ſingulis annis coram domino faciat unum ſaltum, unum ſuffletum & unum bumbulum, ut de quodam Angliæ Rege ſub hoc onere feudum concedente ridiculè refert *Limnæus de Jure publ. l. 1. c. 11. n. 97.* quæritur, an circa ea idem obtineat? quod affirmo *per text. in 2. f. 2. Anton. Goth. diſp. 7. th. 2. lit. D.* modo ejuſmodi ſint, ut ſine turpitudine & vitæ periculo præſtari poſſint. *l. 7. § 3. l. 16. pr. l. 38. pr. de Oper. libert.* Quid ſi vaſallus diverſa feuda obtineat à pluribus dominis, qui eodem tempore ſervitia requirunt? Hoc caſu antiquiori ſerviendum eſſe crediderim, *arg. 2. f. 28. in fin. Locam. d. d. 4. th. 21.* maximè cùm in omni juramento fidelitatis antiquioris domini perſona cenſeatur excepta, *d. 2. f. 28. § fin. Ludvvel. in tr. de divis. feud. c. 3. p. 98. & ſeqq.* Nobilis incidit hîc tractanda quæſtio: An Imperator de ducatu, quem ante adeptũ Imperium à Principe in feudum habuit, poſt adeptum Imperium ſervitia præſtare teneatur? quod rectè affirmat *Hottom. illuſtr. quæſt. 35 per tot.* Obligatio enim feudalis jus ſummi Imperii non minuit, Hugo *Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 3. n. 23. Reinking. de Reg. ſec. & Eccl. lib. 1 cl. 2. c. 5. n. 14. & ſeqq.* ubi refert exemplum Caroli V. à Pontifice regnum Neapolitanum pro feudo recognoſcentis; ſic nec Regi Bohemiæ ſummum Imperium denegari poteſt, non obſtante quod Imperatoris ſit vaſallus. *Brand-*

lacht.

lacht. lib. 3. c. 2. §. 14. Commodè huc referri poſſe credo ſervitium illud, quod Imperatori tranſalpizanti (h. e. Romam ad ſuſcipiendam à Pontifice coronam eunti *Rittershuſ. par. feud. l. 2, c. 1. q. 36.*) Principes Imperii præſtare tenentur, de quo *2. F. 40, pr. vers. ſimiliter, & t. 54.* ſive eundo cum Imperatore, ſive ſolvendo hoſtenditias, quæ deſcribuntur, *d. 2 F 40. vid. Anton. Goth. d. diſp. 7. th: 6 lit. E. Andr. Knich. de ſublim. territ. jur. c. 3. n. 397.* Ita ſuperiori ævo vires totius Imperii æſtimatæ, & certa quantitas cuilibet ſtatui aſſignata fuit, *Rec. Imp. de an. 1521.* §, auch haben uns Churfürſten/ *vid. Limn. l. 2 c. 4, n°. 107. & ſeqq. & l. 4 c. 7. n°. 61. Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 8. n°. 24 & ſeq.* Quamvis autem ſolennis ille coronandi ac conſecrandi ritus (quem exponit *Limnæus ad d. l. 2. c. 4 n°. 54.*) tanquam Imperio gravis & ſuperfluus, Imperatoriæq; Majeſtati derogans per contraria multorum Imperatorum facta in deſuetudinem abierit, *uti teſtantur Dn. Carpzov. de L. Reg. c. 2. ſect. 9. Dn. Spreng. in ſyn. jur publ. c. 4. p. m. 153.* nihilominus tamen adhuc hodie certa pecuniæ ſumma, ſecundum modum expeditionis Romanæ ad exercitum Cæſaris ac ſacri Romani Imperii, certo numero equitum ac peditum conſtantem, alendum, exigente præſertim neceſſitate ac utilitate Imperii, à ſtatibus eâ de re ante in Comitiis deliberantibus, mediante collectâ ſubditis ſuis indictâ, eſt præſtanda: *Rec. Imp. de anno 1544* §. und damit nun/ *R. J. de anno 1594.* §. wiewohl uns/ *& paſſim. vid. Limnæum, Carpzovium, dd. ll. Struvium exerc. feud: 11. th. 5,* & ſic in nuperis belli motibus, mediante pacificatione Pragenſi factum meminimus, & refert, *Brachelius in hiſtor. noſtri temporis, lib. 5 de anno 1635.*

XIV.

Feloniâ ex cauſis hactenus enarratis, iiſque ſimilibus vel gravioribus commiſſâ, vaſallus feudo, omniq; juriſdictione ratione territorii in feudum conceſſi competente privabitur, niſi culpa fuerit abolita. Aboletur autem tripliciter, I. Per remiſſionem

nem domini, vel expreſſam, pacto ſc. expreſſo vel tranſactione, gratiam feloniæ faciendo, *2.f.31.§.3. & paſſim Inſtr. Pacis Oſnabr. Germ. ſued.* vel tacitam, per quemcunq; actum, ex quo voluntas domini feloniam remittentis colligi poteſt, veluti ſi poſt caducitatem vaſallum inveſtiat, vel ad ſervitia vocet. *Roſ.c.6. concl. 61, n°. 1. & c.10, concl.38 n°. 4. Vult. 1. feud. c. 11 n°. 62, & ſeq. Ludov. de renov. inveſt. c. ult. p 529.* aut vaſallum fidelem ſuum aut parem curiæ appellet, nam & hoc ipſo omnis macula præteriti delicti abſtergitur. *arg. l.9. C. de liber. cauſ. Oldendorp. cl. 5. de act. benef. p. 762.* II. Aboletur morte, ſive Domini ante litem præparatam decedentis, *arg. l.7. C de revoc. donat.* jus enim non operatur, niſi quis jure ſuo utatur, *Bachov. ad Tr, vol. 2. d. 19. th. 7. lit. e. in fin.* & actiones quibus injuriâ perſonæ illata vindicatur, naturâ ſuâ heredibus non dantur, *d. l. 7. §. 1. J. de perpet. & temp. except. ibiq; Schneid. & communis Interpretum ſchola*; ſive vaſalli, quo vivente dominus de felonia non fuerit conqueſtus, nam nec hic contra filios vaſalli actio competit, cum non ſit rei perſecutoria, ſed potius pœnalis, *d. l. 7 junct. 2. f. 24. §. fin. verb. ultionem. Roſenth. c. 10. concl. 40. concl. 40. per tot.* pœnæ autem ſuos tenere debent autores, *l. crimen 26. ff. l. ſancimus C. de pœn.* nec quiſquam alterius odio eſt prægravandus. *c. 22. de R. J in ſexto l. ſi quis ſuo, 33, §. 1, C. de inoff. teſt. l. 3, §. emancipatus, ff. de bon. poſſ. contr. tabb.* III. Tollitur præſcriptione triginta annorum tantùm, *Roſ. d. c. 10. concl. 39. n. n. 38. & ſeqq.* ut omnes reliquæ actiones perſonales, *l. 3. & 4. & paſſim C. de præſcr. 30, annor. l. 5, C. quib. non objic. long. temp præſcr. l. 1. §. ad hæc C. de anna. except.* etiamſi felonia deſcendat ex delicto breviori aliâs ſpatio circumſcripto, veluti adulterii, cujus accuſatio quinquennio expirat, *l. 5. C. ad L. Jul. de adulter*, injuriæ verbalis, quæ annalis eſt, *l. 5, C. de injur.* aliorumq; criminum publicorum, *l. 12, C. ad L. Corn. de fals. Anton. Goth. diſp. 13. th. 5. lit. f.* quæ ſpatio vicennali ita præſcribuntur, ut poſt illud tempus Magiſtratus vel fiſcus ex officio vel per inquiſitionem procedere volens,

lens,

lens, non admittatur, *Gomes.3.var.reſol.1.n.6.Goed.in l.131.§.1.de V.S.Treutl.vol.2.diſp.22.th.4 lit.J.* Speciali tamen ratione excipitur crimen læſæ Majeſtatis, cui nullo tempore præſcribi poteſt. *Hieron.Gigas in tr.de crim.læſ.maj.ſub.rubr.de pœn.comm. crim.læſ.maj.q.29.per tot.*

X V.

Ut verò Vaſallus ob feloniam feudo rectè privetur, cauſæ cognitio & ſententia requiritur, *1, F.21, ibi, ſine cognita culpa, 1.F.22.§.fin.ibi, damnetur, l.ejus, 29.ff.de jur.fiſci. Conſt, Henr.V.Imp. quæ extat apud Cujac.l.5, feud.tit.2, Roſenth.c.10.concl. 41.pr. Carpz.d.diſp.9.th.32.* Ratio in promtu eſt quia non ex omni cauſa, ex qua opinio vaſalli gravatur, beneficium amittit, nam & ſæpè dejerat, nec tamen feudum amittit, ut ſcriptum reperitur, *2.f.24, §.illud enim.* Nec etiam propriâ autoritate Dominus vaſallum expellere poteſt, ſed actione coràm judice competenti intentatâ, *d.1.F.21, l.13, ff.quod met.cauſ.* & ingratitudine teſtibus olim quinq; hodie verò, ut in reliquis cauſis arduis, duobus ſummæ atq; integræ opinionis probatâ, *2.F.58, in fin. Maſcard.de probat. l.1, concl.761.& concl.897, n.28,* hanc enim ſi dominus non probaverit, vaſallus abſolvetur, *l.4, C.de edendo, l.9, C.de O.& A.l.2, l.23, C.de probat.l.9, C.de except.* Præſtito tamen, ſi judici ita viſum fuerit, ob militantes forſan pro domino præſumtiones, purgationis juramento, *1.f.4, §.1, & 2. 2, f.33.vers ſacramentum.* Quær. hic, qualem actionem dominus contra vaſallum intentare poſſit? Reſp. Domino adverſus vaſallum tres actiones perſonales competere, quibus pro lubitu uti poſſit, I. Ex ſtipulatu ad ſervitia promiſſa à vaſallo præſtanda, ſi dominus rem feudalem ſibi reddi & feudum diſſolvi nolit: II. Condictio causâ dati causâ non ſecuta, ſi feudum malit diſſolvi: *1.F.21,* III. Condictio ex moribus, quæ hoc operatur, ut vel à vaſallo præſtentur præſtanda, feudo manente ſalvo & incolumi, vel ut feudum ob feloniam fortè commiſſum, revertatur ad Dominum, *Vult.2.F.1.n.*

17. An etiam actio realis competet? Jis caſibus, quibus feudum ipſo jure non committitur, nego, cùm dominium & poſſeſſio rei feudalis tamdiu penes vaſallum maneat, donec ſententiâ ipſi auferatur, *Roſenth.c.2.concl.12.n.13.Vultei.l.2.F.c.1.n.19.* ſententiam quoq; requiri, dixi, cùm juris ſit indubitati, proceſſum judicii eſſe neceſſarium, ubicunq; vaſallus feudo ex delicto veniat privandus: *1 F.23,§.fin.2.f.52,§.ult.* etiamſi delicti feudum adimentis cauſa ipſo jure ſit definita, cùm adhuc multa ſint, quæ delinquentem excuſare, & ut cauſam dicat, admittere poſſint: adeò ut nec ipſe Imperator vaſallo ordinariè nondum convicto feudum auferre queat. Utrum v. declaratoriam ſaltem an verò privatoriam; Hoc affirmo, cum *Dn. Schrôter. Prof. Jenenſi, diſp.feud.5, ad l.1.feud.tit.21,* niſi ipſo jure feudum ſit commiſſum, tunc enim declaratoriam ſufficere, teſtatur *Roſenth.c.10,concl.41,n.144,*

XVI.

Circa forum competens notandum, quòd lis inter Dominum & vaſallum ex ſpeciali privilegio ad ejuſdem pares curiæ pertineat, *2,f.22,39,§.ſi inter,t.55,in fin. Mynſ.5, Obſ.75, Treutl. vol.1,diſp.3,th 8,lit.H.* ab utroq; tam Domino quàm vaſallo pari numero electos, *2,f.16.* adeò ut nec ſtatutum ſoli domino parium electionem concedens, valeat, *Gail.2, Obſ.34, n. 1,* niſi vaſallus tergiverſetur, aut electionem renuat, tunc enim facultas eligendi ad ſolum dominum vel vice verſa pertinet, *Schrader.p.10,ſect.8,n.136,Vult.l.2,feud.c.2, n. 27,* facultas enim duobus conceſſa regulariter, propter contumaciam unius ad alterum ſolum devolvitur, *l.22,§.1,ff.de fideic.libert.c.19,vers. item cum, X: de elect.* Et hi pares ita electi volentes nolentes judicis officium ſubire tenentur, legitimiſq; modis ad hoc compelli cogiq; poſſunt, maximè cum vi juramenti fidelitatis præſtitæ domino ad faciendam juſtitiam teneantur, adeò ut hoc recuſantes perjuri fiant, *per tradita ſupr. th.12,pr.* Unde nec peculiare juramentum,

de rectè

rectò judicando ab eis exigitur, cùm fidelitatis juramento jam ſatis aſtricti credantur: *Mynſ.4.obſ.89. Hunn. tr.feud. c.ult.p.408. Struv.exerc feud.ult.th.6.* domino tamen ſuperiores exinde non efficiuntur, quia voluntaria alterius juriſdictioni ſubjectio Majori vel pari præjudicium non parit, *l.14.ff. de juriſd. l.ſi quis, pen. C.de pact.* Eſt autem hæc parium Juriſdictio ordinaria, utpote ab ipſa lege conceſſa; *2.f.55.§.fin. Andr.Knich.de ſubl. & regal.territ.jur.c.1.n°.196, cum ſeq.* unde etiam prorogari poteſt, *per l.1. & 2.ff.de judic.* etiam ad cauſas non feudales, *l.1.C.de jurisdict.omn.jud.l.1.& 2.l.74, §.1.ff.de judic.* Reconventio verò in cauſis non feudalibus coràm iiſdem non admittitur, *Mynſ.4.obſ.90, Niell. diſp.feud.10.th 5.lit.A.* Excipiuntur tamen caſus quidam, in quibus non pares, ſed ordinarius judex judicat, *1.f.18,* veluti ſi curia pares non habeat, vel numerus ad judicandum non ſit ſufficiens, *2.f.16.* item ſi pares ex rationabili cauſa tanquam ſuſpecti recuſentur, *arg.c.39.de off.deleg. c 4. de for. compet.l. 16. C. de judic. auth. & conſequenter, C.de ſent. & interloc. Tr.vol.1.diſp.12.th.11.lit. H. ibiq; Bachov.* aut ſi in eadem cauſa teſtes eſſe cogantur; vel ſimiles, *de quibus vide Carpz. diſp.feud.10, th.15. & 16. ibiq; allegatos & DD.paſſim.* Difficilis quoq; hîc à DD. tractatur quæſtio de perſonis miſerabilibus, An ſc. illæ beneficio l.un. C. qn. Imp. inter pup. cognoſcat, omiſſo judice feudali legitimo adverſarium ſuum coràm Cæſarea Majeſtate ſtatim convenire poſſint? cuj' affirmativam prævalere exiſtimo, cum *Hunn.in tr.feud.c.ult.pag. 405.* etiam tùm, ubi judicium coràm ordinario jam cœptum, cùm adhuc plurimum negotii adverſarii potentia facceſſere poſſit, quæ ratio eſt d.l.un. generaliter conceptæ, unde nullo modo eſt reſtringenda *arg.l pen.ff.de conſtit.princ. Treutl. vol.1.d. 3.th.10, lit.F.*

XVII.

Hæc ita in theſi: In hypotheſi verò Imperii Romani controvertitur, an controverſiæ inter Imperatorem ejuſq; Principem vaſallum de feudo aliquo motæ deciſio ad Comitem Pa-

 latinum,

latinum, ut aliâs *ſecundum Aur. Bull. c. 5. §. fin.* an verò etiam ad ejuſdem curiæ pares ſpectet; ubi non obſtantibus plurimorum Doctorum opinionibus poſteriorem ſequor, ob communem & ſpecialem juris feudalis deciſionem, cui A. Bulla tanquam generalis non derogat, *Conſt. Friderici, de pace Conſtantia, §. nobis autem, in fin. Mynſ. 1. obſ. 99, 4. obſ. 89, 5, obſ. 75. Goedd. diſp. feud. 11, th. 8, lit. B. Tr. vol. 1. d. 12, th 7. lit. A. Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 2, c. 2 n°. 217 & cl. 4. c. 5, n°. 6, & ſeqq. Limnaus, de Jure publico, l 3, c. 9, n°. 51, Dn. Sprenger. in ſyn. juris publ. c. 11, p. 270,* ſin verò de feudis majoribus, regalem dignitatem annexam habentibus, quæ vulgò **Fahnen-Lehen** dicuntur, qualia ſunt ducatus, principatus, Comitatus, hiſq; ſimilia, immediatè ab Imperio deſcendentia, **die ohne Mittel vom Reich zu Lehen rühren /** inter convaſallos lis oriatur, jus de illis cognoſcendi, non ad vicarios Imperii, *A. Bulla, tit.* **von Rechten deß Pfaltzgraffen /** *5. pr. R. Imp. de anno 1521, ſub tit.* **Röm. Kayſ. Maj. Regiment / §. ob auch ſachen vorfielen /** nec ad Cameram, conſiſtorium aliâs principis, *Gail. 1. obſ. 42, n°. 3. & obſ. 48, n°. 5.* & concurrentem cum Imperatore juriſdictioné habentem, *Schönborn. 5. pol. c. 20.* nec ad auſtregarum judicium, *Gail. 1. obſ. 1. n. 54. p text. in Ord. Cam. p. 2. tit 5. Treutl. vol. 1. d. 12. th. 7. lit. a, ibiq; Hunnius, q. 30,* ſed ad ſolum Imperatorem, Regemq; Romanorum pertinet, *dd. ll.* cùm magnæ & arduæ cauſæ magnos quoq; requirant judices, *l. non diſtinguemus, 32. §. 7. ff. de recept arbitr. R. Imp. de anno 1555. §.* **zu dem vnd über ſolches /** *ibi:* **weren aber dieſelbige Mängel.** *Hattyſer. anal feud. c. 10. vers: hactenus, lit. I.* Modò non in poſſeſſorio ſed petitorio agatur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 7. R. Imp. de anno 1521. d. loc. ibi:* **gäntzlich vnd endlich /** *Thom. Michaël de Jurisdict. concl. 28: Reink. de R. S. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 19. n. 69* nec ſtringit Imperatorem exemplum Caroli V. & Ferdinandi, qui litis Haſſiacæ ſuper **Catzenelnbogen** deciſionem proceribus Imperii commiſerunt, referente *Beſoldo de juriſd. Imper. c. 13.* cùm hoc Anteceſſorum factum conſtitutionibus Imperii non inſertum nullam producat conſequentiam. *Reink.*

d. l. 1. cl.

d.l.1.cl.3.c.10. Quemadmodum etiam hoc non obſtante Imperator Matthias gl. mem. in cauſa **Heſſen** contra **Heſſen / die Marpurgiſche** ſucceſſion **betreffend /** cùm ab una parte hæc exceptio opponeretur, nihilominus pronunciavit, excipientiq; litis conteſtationem ſub præjudicio injunxit in Comitiis Ratiſponenſibus *de anno* 1613. *die 23. Octobris: vide Reink. dd. ll.* An verò de his feudis in præjudicium Imperatoris in arbitros compromittere poſſint vaſalli, dubitatur? Negativam amplector, quia de reſervatis Imperatoris in ejus præjudicium paciſci nemo poteſt, *c. cùm inferior, de major. & obed. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 1. n°. 170. Treutl. vol. 1. d. 12. th. 6. lit. A.*

XVIII.

Hiſce ita cognitis, de feudo caduco ad quem pertineat, videndum reſtat; ubi plurimùm intereſt, an felonia in ipſius domini perſonam ſive directò ſive per conſequentiam ſit commiſſa, tunc enim ad eundem etiam feudum devolvitur, excluſis deſcendentibus, & reliquis agnatis omnibus, *2. f. 24. §. fin. tit. 37. & 55. §. callidis*, Nam hoc ab initio inter dominum & vaſallum actum intelligitur, *Duaren. in tr. feud. c. 17.* ut ſuæ injuriæ ultionem habeat, *d. 2. f. 24. §. fin.* & quemadmodum injuria ipſi facta, ita etiam pœna eſt commiſſa, *auth. qui reſ. C. de S. S. Eccleſ.* ſiquidem delicto eſt commenſuranda, *auth. omnes, C. comm. de ſucceſſ. c. felicis, de pœnis in ſexto Gail. 2. de PP. c. 6. n°. 2* Et ſic non attenditur feudi qualitas, an ſit novum ſive antiquum, ex pacto & providentia, ſive hereditarium, *Fachin. 7. contr. 26. Roſ. c. 11. concl. 1. pr. Hartm. Piſtor. l. 2. p. 1. q. 16. n°. 9. & ſeq. Ludvv. tr. de diviſ. feud. c. 2. p. 76. arg. d. 2. f. 24. § fin.* Devolvitur autem ad Dominum irrevocabiliter, *Gail. 2. de PP. c. 13. n°. 11. cum ſeqq. Berlich. 3. concl. 37. n. 19.* niſi ex literis inveſtituræ de mente concedentis aliter conſtet, quod ſc. ex delicto patris liberos vel agnatos feudo privare nolit: Hîc in Imperio noſtro notandum, quòd Imperator de feudis ita ad ſe devolutis pro lubitu alios inveſtire nequeat, ſed ea Imperio incorporare teneatur, ut auctis aliquatenus re-

nus reditibus, Imperatoria Majeſtas quoq; augeſcat, quod apparet ex capitulationibus Imperatoriis à Carolo V. ad noſtrum uſq; invictiſſimum Imperatorem, *Roſ. c. 10. concl. 38. n°. 32. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. n°. 5.* Excipiuntur tamen Electoratus, de quib⁹ alii ſunt inveſtiendi, ne votorum numerus in electione Imperatoria contra fundamentales Imperii ſanctiones minuatur, *Braudl. de. Iur. publ. lib. 2. c. 5. §. 4.* Redeũdo in viam, Quær. hîc, Ad quem feudum pertineat, ſi plures fuerint domini? Reſp. Aut ſunt diverſorum generum, veluti unus ſuperior vel mediatus, alter inferior & immediatus, aut unius generis, iiq; omnes immediati: Priori caſu feudum non ad ſuperiorem ſed ad immediatum devolvitur, *l. 2. f. 55. §. Illud quoq; præcipimus.* Poſteriori, intereſt, an vaſallus adverſus omnes vel unum tantùm deliquerit, illo caſu, pro parte dominii quod habent, feudum ipſis cedit, hoc verò vaſallus non perdit totum, ſed partem illam, ad dominum, in quem feloniam commiſit, ſpectantem, *Roſ. c. 11. concl 18. per tot. Anton: Goth. diſp. feud. 12. th. 2.* Quod ſi verò feudum ob culpam in extraneum fuerit commiſſum, proximis agnatis illud deferetur, *2. f. 24. § fin. tit. 31. 34. 37. Fach. 7. contr. 21,* & quidem ſtatim, non expectatâ morte vaſalli delinquentis, *Roſ. c. 11. concl. 10. n. 2, Carpz. pr. for. p. 3. c. 37. def. 1. & 3. n. 12. Ludvv. de diviſ. feud. c. 2. p. 77.* filiis in totum excluſis, *2. F. 31. Menoch. conſ 304. n. 21. & 22. & conſ. 534. n. 13. vers. ſed contra, Hartm. Piſtor. l. 2. p. 1. q. 16. n. 33,* quibus nec ipſe dominus in præjudicium agnatorum quibus jus jam eſt quæſitum, gratiam facere poteſt, *Roſ. c. 10. concl 39. n. 2.*

X I X.

Fructus tamen ante feloniam perceptos, ſive naturales ſive civiles, ex re ipſa, ſive ejus occaſione provenientes, extantes ſive conſumtos, vaſallus ſibi retinet, nec ad eos reſtituendum compelli poteſt, uſq; adeò ut nihil interſit, aſportati vel reconditi ſint nec ne, *arg. l. 25. §. 1. ff. de uſur. l. 13 ff quib. mod. uſusfr. am. Covarruv. 1. var. reſol. 15. n. 12.* utilis enim dominii, quod vaſallus

habet,

habet, *2.f.8.vers.rei autem*, præcipuus effectus eſt, lucrari fructus & ſuos facere, *l. 28, ff. de uſur. l 48.ff.de adquir.rer. Dom. Roſ.c.8. concl.pr.* adeò ut nec pacto effici poſſit, quo minus fructus ad vaſallum pertinerent, cum uſufructu ipſi ademto, totum etiam feudum cenſeatur ademtum; *arg.l.14.§.1.ff.de uſu & habit. VVilhelm. Ludvv.tr.de divis feud.c.1.p. 21.* hinc etiam fructus feudales percepti ſtatim habentur pro allodialibus, *arg 2 f. 28. vers.his conſequenter, & 26.§. 5. vers.ſi vaſallus.* Perceptos autem poſt feloniam omnes reſtituere tenetur, *Roſ. c. 10. concl. 42.n.13. & 30. Rittersh.par feud.l.2 c.6.q.37:* unâ cum percipiendis, *arg. l.33 l.62. §. 1.ff. de R.V.l.5. l. 22. C. eod. l. 1. C. de petit. hered.l.10.§.20 quæ in fraud.credit.* relatione in his habita ad dominum, an ille percipere potuiſſet; *arg.d.l.62 §.1.l.39.§.1.ff.de leg.1.l.4.C.unde vi.c. 11.x. de reſt.ſpol.* Quid ſi tempore commiſſi fructus quidem ſint maturi, nondum tamen à ſolo ſeparati? Hos dominus capiet, *arg. §.36.J.de rer.diviſ.ubi VVeſenb. Schneid. Mynſ & alii, l. 13 ff. quib. mod.uſusfr.am.l.12.§.ſi fur.l.58.ff. de uſufr.* fructus ſiquidem pendentes pars fundi cenſentur, *l.44.ff.de R V.* nec intereſt, naturales ſint an induſtriales, *Roſ.d.l.n.32.H.Piſtor.l.1.q.24. n. 17.* quod tamen aliter ſe habere in fructibus civilibus tentari poteſt, *arg. eorum quæ tradit Bachov ad Treutl.vol.1.diſp.16.th.8.lit. D.* Aliena hic occurrit quæſtio, nobilis tamen, & inter omnes Feudiſtas agitata, de fructibus ultimi anni, quo feudum citra culpam vaſalli domino eſt apertum, ad quem pertineant, utrum ad dominum, an verò ad heredes defuncti allodiales? Ubi approbo communem diſtinctionem, relatam *in 2.f.28.§.his conſequenter,* ut videl. mortuo vaſallo intra calendas Martii & Septembris fructus cedant heredibus, aliâs domino vel ſucceſſori feudali: quanquã in fructibus vinearum, qui tardiùs matureſcunt, hanc diſtinctionem vix locum habere, ac iniquam eſſe, dicat *Bachov. ad Tr.vol 1.d.16 th.9.ubi vide allegatos.* Circa meliorationes diſtinguo: Aut ſunt naturales, quæ ſolâ naturâ ſine hominis facto fundo feudali adjiciuntur, aut verò induſtriales: Illæ ſub quib⁹

hic.

hîc comprehendo etiam fortuitas & accidentales, unà cum feudo devolvuntur ad dominum, vel ſucceſſorem; Hæ verò ſi à ſolo ſeparari, ac tanquam diviſa à re feudali per ſe ſubſiſtere poterunt, vaſallo heredibuſq; ejus ſunt relinquendæ: *arg.2.f.8. Fach.7.contr.90.Roſ.c.10.concl.43.n.6.Gudelin.de feud.p.5 c.5.num.3. Carpz.diſp.feud.9.th.34.* maximè cùm dominus à vaſallo id ſolùm repetere poſſit, quod hic ab eo accepit, ad exemplum ingrati donatarii & fructuarii non boni viri arbitratu re utentis, qui, licet ob culpam re priventur, repetere tamen poſſunt id, quod erogarunt, *l.7.C.de uſufr.* & prædonis, in cujus perſona impenſarum quoq; ratio habetur, *l.38.ff.de petit.hered. l.37.ff.de R.V.l.5.C.eod.Roſ.c.10.concl 43.n.12.* An verò feudo qualicunq; modo amiſſo, etiam cenſeantur amiſſa prædia, quæ vaſallus à ruſticis emit, & feudalibus conjunxit? Reſp. negando niſi etiam per inveſtituram ea pro feudalibus receperit, vel per tricennale tempus talia bona pro feudalibus fuerint reputata, *Treutl. vol.1. diſp.29.th.11.lit.B.*

X X.

Hactenus de feloniâ vaſalli: Videbimus nunc pauca de Domino; Hic autem eadem fide vaſallo, quâ hic illi eſt obſtrictus, *2.F.6.in.fin. ibiq; Bald.qui hunc textum dominus dicit terribilem, Gail.2.obs.34.n.3.* unde alter alteri coniux & amicus dicitur, *2.f.58.in fin.pr.* quemadmodum etiam olim mutuam quandam obligationem & charitatem inter patronum & clientem fuiſſe, teſtatur. *A.Gell noct.Att.l.2 c.1.&l.5.c.13.* Hinc illud getreuer Herr getreuer Knecht: & dominus fidē fallens, periurus, perfidus, & malefidus dicitur. *2.f.6.in fin.c.18. XXII. q.5.* iiſdemq; ferè cauſis, quibus vaſallus commoditatibus feudi privatur, etiam domin' proprietatem & directum dominium amittit *2.f.26.§.domino,& tit.47.Roſenth.c.11.concl.19.pr. Vult.1.feud.c.11.n.52.* iudicantur enim ad paria, *2.f.6.in fin.33.§.1.in fin.& 2.f 26.§.domino committente,c.18.XXII.q.5.* exceptis certis caſibus, quos recenſet. *Afflict.decis.265.n.2.alioſq; notat Alvarott.in 2 F.33.vers.& cum datur.n.2.* Quid verò ſi dominus directum dominium non habeat, alium fortè ſuperiorem recognoſcens? Hoc caſu vaſallus à jure vaſallagii & ſervitiis domini committentis eximitur, proprietas autem legitimis ſucceſſoribus, vel his deficientibus ſuperiori non aufertur, *arg.2.f.8.vers.quid ergò & l.22.C.de poen. Roſ.c.11.concl.21.n.2.* Dominus enim

enim plus juris quam ipſe habuit, in vaſallum transferre non potuit, *l. 54. de R. J. c. 79. de R. J. in 6to.* Sic etiam Eccleſia feudi proprietatem ob delictum à prælato perpetratum non amittit, cum perſonæ delictum in Eccleſiam redundare non debeat, *c. delictum, 76. de R. J. in 6to.* Eodem modo vaſallus ab Imperatore vel alio ſuperiorem non recognoſcente domino offenſus à fidelitatis juramento ſuperiori præſtito quidem liberatur, neutiquam verò à jure Imperii. *Schrader. de feud. p. 2. pr. ſect. 1. n. 72. Roſenth. c. 11. concl. 22. 3. & 4.* Datur itaq; vaſallo ad proprietatem conſequendam condictio ex lege, quâ petet immunem ſe ab omni officio & obſequio, ad quod feudi nomine tenebatur, declarari. *Duar. de feud. c. 18. n. 7. Borcholt. de feud. c. 9. n. 14. vers. agit. Vigel. in meth. jur. feud. c. 3.* Reliqua huc pertinentia ex ſupradictis facilè colligi poterunt: Plura ob certas & prægnantes cauſas addere nolui! Hæc autem qualia qualia ſint æqui boniq; lectoris candori & cenſuræ ſubmitto, à quo etiam ob minus rectè dicta veniam me impetraturum confidam, dum ſcio & auſus bonos non penitus eſſe culpandos, nec jura quoq; ætati meæ contra talem feloniam reſtitutionem denegatura.

DEO TRIN-UNI.

Abs cujus favore & opera nil auſpicatò geritur, & omnis cedit in caſſum labor, ſit

Honor, Virtus, Regnum, & gratiarum actio ſempiterna.

COROLLARIA.

Ex Jure Civili

I. *Liberi ſub conditione, ſi ſine liberis poſiti, ex teſtamento non ſunt vocati.*

II. *Pater, filiofam. Herede inſtituto & hereditatem repudiante, non admittitur ad hereditatem ſi adſit ſubſtitutus vulgaris.*

III. *Subſtitutio pupillaris tacita, quæ ſub expreſſa vulgari continetur matrem à ſucceſſione filii excludit.*

IV. *Ius accreſcendi in omni coniunctione etiam verbali locum habet.*

V. *Miſſo in executione ſententiâ definitiva, ex primo decreto, non datur interdictum uti poſſidetis.*

VI. *Creditor anterior hypothecam habens generalem, pecuniam poſteriori creditori ſolutam extorquere non poteſt.*

VII. *Reus*

VII. *Reus tormentis ſubiectus, ſi nihil fateri velit non ab inſtantia ſaltem, ſed ab ipſa accuſatione eſt abſolvendus.*

VIII. *Laudemio intra triennium non ſoluto* Emphyteuſis *non amittitur.*

IX. *Statutum de lucro dotis an etiam locum habeat in deſponſata per verba de præſenti nondum tamen traducta vel cognita? Ut lubet.*

X. *In cauſis poſſeſſoriis rectè appellatur, tam reſpectu effectus devolutivi, quam ſuſpenſivi, exceptâ tamen cauſâ momentanea.*

XI. *Corrivalis corrivalem ex nimio amoris æſtu interficiens ab ordinaria L. Cornel. poena non excuſatur.*

Ex Jure Canonico.

I. *Relicta ad pias cauſas, cauſâ ob quam data ſunt, deficiente, non ad heredes revertuntur, ſed ad alios pios uſus converti debent.*

II. *Matrimonii interdictio tam Iuri divino quam civili repugnat: ejus tamen inſtitutio ſacramentum non eſt.*

III. *Error in virginitate matrimonium vitiat.*

IV. *Peſſimo exemplo â poſterioribus Canonibus* in can. fin. x. de rapt. *permittitur, ut raptor cum rapta libere poſſit contrahere matrimonium.* contra C. de puellis, c. placuit XXXVI. q. 2.

V. *Ius decimandi indefinitum Eccleſiæ paſtori intra ſuam parochiam competens etiam extenditur ad novaliâ.*

VI. *Difficulter defendi poterit à Canoniſtis* c. dilectiſſimis XII. q. 1. *quod vult omnia amicorum eſſe communia, In omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges:*

VII. *Filia quæ paternæ hereditati iuxta formam* c. quamvis de pactis in ſexto *renunciavit, patri inteſtato morienti ſuccedere non poteſt.*

VIII. *Ius patronatus in fideicommiſſarium univerſalem non tranſit,*

IX. *Reſcripta ad lites ſunt perpetua, nec anno expirant.*

X. *Iuramentum vi & metu extortum, obligat quidem in foro conſcientiæ, non vero in foro externo.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Viro Clarissimo atq C
tissimo Dno N. Scr
U.J.D. Professori Jur
primo facultatis jur
Assessori gravissimo
suo summo, exercitia
Academica velut doct
Veteribus ad oblivisc
humanissime mitt